





CAROLI MAGNI AGRELL,
Theol. Doct. et Lect.
Praepos. Territ. Albo,
Et Past. in Skatelöf,

# OTIOLA SYRIACA.

*Otium sine litteris mors est, et vivi hominis sepultura.*

SENECA.

LUNDÆ MDCCCXVI.
Litteris Berlingianis.

## CONSPECTUS OPUSCULI.

## § I.

### *Specimen Operis mscr. de Particulis Linguæ Syriacæ a), exhibens varium usum vocis* ܗܟܢܐ.

ܗܟܢ (absol.), ܗܟܢܐ (emphat.) proprie notat *hæc* vel *ea res*. Origo vocis obscura. Si vero conjecturæ locus sit, suspicor, vocem conflatam esse ex ܗ b) ܟܢ

---

a) Quas maxime e *Barhebræi Chronico Syriaco*, conjuncta Brunsii et Kirschii opera Lips. 1789 edito, illustravi.

b) Quod geminum est Hebraico ה *demonstrativo*, et Arab. ها in هذا (Hebr. הזה) et هؤلا (Hebr. האלה). — Sicut vero Hebr. ה demonstr. forte ortum est ex הא (idem significante ac הוא, vid. Hezel Ausführl. Hebr. Sprachl. p. 38, 49, 487, Halle 1777) et Arab. ها ex ها (Erp. Gram. Arab. p. 177. ed. Schultens.) ita quoque Syr. ܗ decerptum est ex ܗܐ, quod non tantum apud Chaldaeos (הא), sed etiam apud Syros significare *hic, ille, hoc, illud*, e Buxtorfii Lex Chald. et Syr. docet

ܟܢ (kan), ܟܢܐ (kano) *res* c) a radice ܟܢ (pro ܟܘܢ) *capit*

---

Schaaf in Lex. Syr. p. 605. cujus significationis exemplum mihi videor invenisse in ܡܢ ܗܐ ܘܠܗܠ *ab hoc & huc* h. e. abhinc et deinceps seu in posterum, Barh. Chron. p. 609. lin. ult. quod idem valet ac ܡܢ ܗܘ ܙܒܢܐ ܘܠܗܠ *ab hoc tempore & deinceps* Mich. Chrest. Syr. p. 7 lin. 3. Neque enim ܡܢ ܗܐ commode verti potest *ab ecce*, sed vertendum est *ab hoc*, ab hac re, h. e. ab hujus rei tempore, sicut dicitur ܡܢ ܗܢܐ *ab hoc* (Saladino) h. e. ab hujus (Saladini) tempore Barh. Chron. pag. 405 lin. penult. ܡܢܗ ܘܠܗܠ *ab eo* (Ptolemaeo, Lagi filio h. e. ab ejus Ptolemaei tempore) *& deinceps*, Barh. Chron. p. 40. lin. 5. ܡܢ ܛܝܒܪܝܘܣ ܗܢܐ ܘܠܗܠ *ab hoc Tiberio* (h. e. ab hujus Tiberii tempore) *& deinceps* ibid. p. 91. lin. 13. — Occurrit vero hoc ܗ etiam A) in ܗܫܐ *nunc*, pro ܗܐ ܫܥܐ *hac hora* (Schaaf Lex. Syr. p. 605). B) in ܗܟܘܬ *similiter*, ex ܗܐ et ܐܟܘܬ *sicut*, quae posterior vox occurrit in Barh. Chron. p. 519 lin. 7. C) in ܗܟܢܐ, ex ܗܐ et ܟܢܐ, quae posterior vox occurrit etiam in ܡܟܢܐ (pro ܡܢ ܟܢܐ) et ܠܡܟܢܐ (pro ܠܡ ܟܢܐ).

c) Forte idem nomen ܟܢ ,ܟܢܐ occurrit quoque in ܐܝܟܢ ܐܝܟܢܐ *quomodo* (propr. *quanam re*?). Nam prior hujus vocabuli pars ܐܝ est vocula interrogativa, quae a Castello in Lex. Syr. p. 29 vertitur *qua illa*? respondens Chaldaico אי, Arab. أي *quis? qua? quid?* et Hebraico אֵי, in אֵי זֶה

*cœpit esse* d), Arab. كان *fuit, exstitit.* Quiqui vero sint natales vocis, certum omnino est, eam origine esse nomen, significans

1:o *Hæc vel ea res, hoc vel id,* e. g. *Hoc anno aquæ Tigridis, admodum rubræ ut sanguis, fluxerunt, & variis etiam in locis regionis Vasati sanguis e terra prorupit, nec ullus novit* ܗܘܝ ܥܠܬ *causam hujus rei* Barh. Chron. p. 346 lin. 6. Atque in hoc exemplo ܗܘܝ sibi præmissum habet nomen ܥܠܬ in statu constructo, unde patet, ipsum ܗܘܝ esse nomen. — *Litteris lectis, magnatum Arabum unus dixit: hoc unum fieri non potest, ut equus carne vescatur. Respondit alius: Ne mireris* ܗܘܝ *hanc rem; ego enim ipse meis oculis vidi equum*

---

*quisnam?* (propr. *quis hic?*) aliisque vocabulis occurrenti. Invenitur autem interrogativum ܐܝ etiam A) in ܐܝܟܐ *ubi?* (proprie, ut ita dicam, *quidnam heic?* Hebr. אֵיכֹה) B) in ܐܝܡܟܐ *unde?* (pr. *quidnam hinc?*) C) Forte etiam in ܐܝܢܐ *quis?* pro ܐܝ ܗܢܐ *quis hic?*) ܐܝܕܐ *quæ?* (pro ܐܝ ܗܕܐ *quæ hæc?*) plur. ܐܝܠܝܢ *qui?* (pro ܐܝ ܗܠܝܢ *qui hi?*)

d) Ethpahal ܐܬܗܘܝ notat *accidit, contigit,* Barh. Chron. p. 2. lin. 6 a fine p. 610 lin. 12. *factus est* ibid. p. 606 lin. 8. *fuit* ib. p. 286 lin. 8. p. 279 lin. 4 a fine.

*equum carnibus & piscibus coctis vescentem* ibid. p. 240 lin. 5. *Non exspectavi a te* ܗܟܢ *hanc rem* (detta) ib. p. 436 lin. 2. *Si restitueritis mihi reditus meos,* ܝܬܝܪ ܡܢ ܗܟܢ *plus quam hæc dare potero,* ib. p. 373 lin. 11. *Hoc mandatum observari jussum est ab hoc inde tempore, quo facta est* ܗܟܢܐ *hæc res* (detta) Mich. Chrest. Syr. p. 51 lin. 1.

At creberrime hoc nomen in particulam abit, significans

II:o Sæpissime *sic, ita* e. g. ܗܟܢܐ *ita dicit Dominus dominorum* Barh. Chron. pag 229 lin. 8. *Cur fecisti ita*? ib. p. 276 lin. 9.

III:o *Tam, adeo,* e. g. *Initio non potuerunt* ܗܟܢܐ ܦܪܗܣܝܐܝܬ *tam aperte intrare in eam* (urbem) Barh. Chron. p. 578 lin. 2. *Si mulieres hujus urbis* ܗܟܢܐ *adeo sapientes sunt, quanto sapientiores erunt viri, in ea habitantes*? Tychs. Elem. Syr. p. 62 lin. antepen. *His tribus diebus* ܗܟܢܐ *adeo viribus defecit, ut* &c. Mich. Chrest. Syr. p. 106. lin. 6. Add. Barh. Chron. pag. 113 lin. 3. Apoc. 16: 18.

IV:o *Ita* i. e. *hoc modo,* e. g. ܗܟܢܐ *hoc modo inveni hanc historiam* (narratam) *in duobus libris* Barh.

Chron.

Chron. p. 264 lin. 13. *Quia* ܗܟܢܐ *hoc modo cædes Hakimi patrata erat* ib. p. 221 lin. 7. Add. ibid. p. 266 lin. 8, 17. p. 271 lin. 5. p. 424 lin. 6 a fine. p. 449 lin. 10. p. 506 lin. 1. p. 558 lin. 9.

V:o *Similiter, eodem modo,* e. g. *Sedente Chalipha Tajo in solio suo - - introivit præfectus ad eum salutandum, & terram osculatus ad dextram throni se contulit: & ingressi sunt etiam proceres omnes & fecerunt* ܗܟܢܐ *eodem modo* (idem) Barh. Chron. p. 206 lin. 4. *Inscriptione* (in moneta chartacea facta) *indicavit, quis esset unus denarius, qui duo, tres, quattuor aut quinque* (denarii). ܗܟܢܐ *Similiter* (eodem modo) *usque ad decem denarios,* ib. p. 600 lin. 5. Add. ibid. p. 262 lin. 11; p. 364 lin. penult. p. 450 lin. ult.

VI:o *Similiter, pariter,* (quod tamen sæpius dicitur ܗܟܘܬ, quod vide infra) e. g. *Potiti sunt castello, ex quo Rocemaldinus descendit, & cujus nomen est Mimundur, & destruxerunt illud,* ܗܟܢܐ ܘܠܟܣܛܪܐ *pariterque castellum validum, quod vocatur Alamut,* Barh. Chron. p. 520 lin. 14.

VII:o *Ita* h. e. *in hoc* vel *eo statu,* e. g. *Opio aliquoties sumto, naturalis calor exstinctus est. Ab eo tempore medicinam corpori nullam amplius adhibuit, - - Et fuit*

*equum carnibus & piscibus coctis vescentem* Ibid. p. 240 lin. 5. *Non exspectavi a te* ܗܟܝ *hanc rem* (detta) ib. p. 436 lin. 2. *Si restitueritis mihi reditus meos,* ܐܠܘ ܡܢ ܗܟܝ *plus quam hæc dare potero,* ib. p. 373 lin. 11. *Hoc mandatum observari jussum est ab hoc inde tempore, quo facta est* ܗܟܢܐ *hæc res* (detta) Mich. Chrest. Syr. p. 51 lin. 1.

At creberrime hoc nomen in particulam abit, significans

II:o Sæpissime *sic, ita* e. g. ܗܟܢܐ *ita dicit Dominus dominorum* Barh. Chron. pag 229 lin. 8. *Cur fecisti ita?* ib. p. 276 lin. 9.

III:o *Tam, adeo,* e. g. *Initio non potuerunt* ܗܟܢܐ ܦܪܗܣܝܐܝܬ *tam aperte intrare in eam* (urbem) Barh. Chron. p. 578 lin. 2. *Si mulieres hujus urbis* ܗܟܢܐ *adeo sapientes sunt, quanto sapientiores erunt viri, in ea habitantes?* Tychs. Elem. Syr. p. 62 lin. antepen. *His tribus diebus* ܗܟܢܐ *adeo viribus defecit, ut* &c. Mich. Chrest. Syr. p. 106. lin. 6. Add. Barh. Chron. pag. 113 lin. 3. Apoc. 16: 18.

IV:o *Ita* i. e. *hoc modo,* e. g. ܗܟܢܐ *hoc modo inveni hanc historiam* (narratam) *in duobus libris* Barh.

Chron.

Chron. p. 264 lin. 13. *Quia* ܗܟܢܐ *hoc modo cædes Hakimi patrata erat* ib. p. 221 lin. 7. Add. ibid. p. 266 lin. 8, 17. p. 271 lin. 5. p. 424 lin. 6 a fine. p. 449 lin. 10. p. 506 lin. 1. p. 558 lin. 9.

V:o *Similiter, eodem modo, e. g. Sedente Chalipha Tajo in solio suo - - introivit præfectus ad eum salutandum, & terram osculatus ad dextram throni se contulit: & ingressi sunt etiam proceres omnes & fecerunt* ܗܟܢܐ *eodem modo* (idem) Barh. Chron. p. 206 lin. 4. *Inscriptione* (in moneta chartacea facta) *indicavit, quis esset unus denarius, qui duo, tres, quattuor aut quinque* (denarii). ܗܟܢܐ *Similiter* (eodem modo) *usque ad decem denarios,* ib. p. 600 lin. 5. Add. ibid. p. 262 lin. 11; p. 364 lin. penult. p. 450 lin. ult.

VI:o *Similiter, pariter,* (quod tamen sæpius dicitur ܐܟܘܬܐ, quod vide infra) e. g. *Potiti sunt castello, ex quo Rocenaldinus descendit, & cujus nomen est Mimundur, & destruxerunt illud,* ܘܚܪܒܘܗ ܗܟܢܐ *pariterque castellum validum, quod vocatur Alamut,* Barh. Chron. p. 520 lin. 14.

VII:o *Ita* h. e. *in hoc* vel *eo statu,* e. g. *Opio aliquoties sumto, naturalis calor exstinctus est. Ab eo tempore medicinam corpori nullam amplius adhibuit, - - Et fuit*

*fuit* ܗܟܢܐ *in hoc statu per paucos dies, & mortuus est,* Barh. Chron. p. 235 lin. 7.

VIII:o *Ita* pro *hic* vel *talis* e. g *Caussa exitus eorum* ܗܟܢܐ ܗܘܐ *hæc fuit* Barh. Chron. p. 280 lin. 8. *Quoniam mandatum Chani* ܗܟܢ ܗܘܐ *tale fuerat, ne occiderent eum* ib. p. 457 lin. 5. *Mandatum Schingischani* ܗܟܢ ܢܦܩ *tale* (hoc) *exiit, ut tu loco ejus regnes* ib. p. 486 lin. 14. Add. ib. p. 492 lin. 5 a fine.

IX:o *Ita* h. e. *tantidem* e. g. *Quæsivit Barmaschtub, quanti ipse redimendus esset, & dixerunt Francis 30000 denariis. Et dixit Karakusch* ܐܦ ܐܢܐ ܗܟܢܐ *etiam ego ita* h. e. ego etiam *tantidem* seu eodem pretio, Barh. Chron. p. 423 lin. 4.

X:o *Ita* h. e. *hujus argumenti, hujus sententiæ* (så lydande) e. g. *Misit legatum cum donis & epistola* ܗܟܢܐ *ita* h. e. hujus sententiæ Barh. Chron. p. 187 lin. 9. *Misit legatum - - cum epistola scripta litteris aureis Latine, cujus interpretatio litteris argenteis Arabice* ܗܟܢܐ *ita* h. e. hæc fuit, vel hujus fuit sententiæ, ib. p. 187 lin. 3. *Scripsit Togril Beg responsum ad Chalipham ita* ib. p. 234 lin. 8. *Venit legatus - - cum epistola Latina & interpretatione interlineari Arabica,* lit-

*litteris aureis in charta purpurea ita*, ib. pag. 244 lin. 12. Add. Ass. Bibl. Or. T. I. p. 9. col. 1.

XI:o *Igitur* e. g. *Postquam Maragam venit*, - - - *fugit Baidus coram Neuruzo bellatore magno.* ܘܐܬܐ ܗܟܢܐ *Venit igitur rex regum, & castra posuit.* Barh. Chron. p. 610 lin. 4 a fine.

Huic vero voci varia præfixa & particulæ

א) Præponuntur, velut

I:o ܐܦ ܗܟܢܐ *etiam sic* h. e. *nihilominus* ex. gr. *Mauricius animo elatus sprevit copias Romanorum, & stipendia eis non dedit. Scripserunt igitur ei: - - - ecce tibi bellum indicimus. Ille vero* ܐܦ ܗܟܢܐ *nihilominus eos contemtui habuit* Barh. Chron. p. 97 lin. 6 a fine.

II:o ܐܦܠܐ ܗܟܢܐ *ne sic quidem*, e. g. *Quum autem* ܐܦܠܐ ܗܟܢܐ *ne sic quidem numerus compleretur, e palatio suo eduxit ancillas* Barh. Chron. p. 161 lin. 6 a fine. *At ne sic quidem Abdelmalecus Athanasio irascebatur, sed tranquille ad eum dixit*, ib. p. 118 lin. penult. Add. ib. p. 120 lin. 14. p. 168 lin. antepen. Tychs. Elem. Syr. p. 93 lin. ult. & seq.

III:o ܐܠܐ ܐܦ ܗܟܢܐ *sed etiamsi ita* (esset) h. e. *nihilo tamen minus, nihilo tamen secius*, e. g. *Franci in*



in-

*ingenti periculo erant, quia rex juvenis Hierosolymitanus cœperat lepra laborare.* ܐܠܐ ܐܦ ܗܟܢܐ *Nihilo tamen minus rex ille reliquias exercitus sui coëgit,* Barh. Chron. p. 579 lin. 13, 14.

IV. ܒܗܝ

A) *In hac* vel *ea re*, e. g. *Quis est scopus regis* ܒܗܝ *in hac re?* (hvad är Konungens afsigt *härmed?*) Barh. Chron. p. 422. lin. 14. *Quum utilitatem quamdam inveniret in hac re* (häruti) ib. p. 162 lin. 2.

B) *Hac* vel *ea re* e. g. *Gavisus est* ܒܗܝ *hac re* (däröfver) Barh. Chron. p. 204 lin. 1. p. 462 lin. 5 a fine p. 473 lin. 9. Mich. Chrest. Syr. p. 91 lin. antepen. *Offensi fuerunt ea re* (däröfver) Barh. Chron. p. 206 lin. 5. *Delectatus est hac re* ib. p. 221. lin. 6 a fine. *Hac re* (därigenom) *prospere egit* ib. p. 424 lin. 8. *Quum hac re occupatus esset* ib. p. 474 lin. 5 a fine. *Si contenti estis hac re* (därmed) ib. p. 567 lin. 4 a fine. Add. ib. p. 439 lin. 6 a fine p. 574 lin. 8. (an p. 222 lin. 11?)

C) *De hac* vel *ea re*, e. g. *Iratus fuit* ܒܗܝ *de hac re* (däröfver) Barh. Chron. p. 468 lin. 14. *Ut gloriaretur hac de re* ib. p. 558 lin. 14.

D)

D) *Per hanc* vel *eam rem, ob hanc* vel *eam rem* (*propter hoc* vel *illud*) e. g. *Argonus misit legatos, eumque ab Ahmede expetiit, qui tamen eum non tradidit.* ܘܒܗܕܐ *Per hanc rem* (propter hoc) *suspicio orta est Argono de Ahmede*, Barh. Chron. p 573 lin. 5. *Parta est quies magna Clericis* ܒܗܕܐ *per hanc rem* (härigenom) Mich. Chrest. Syr. p. 100 lin. ult.

E) *Hanc rem, hoc*, quando cum *Beth* construitur verbum Syriacum, huicque respondens Latinum cum accusativo, e. g. *Rex Leo cum animadverteret* ܒܗܕܐ *hanc rem* (hoc) Barh. Chron. p. 556 lin. 3. *Si non vis* ܒܗܕܐ *hoc* ib. p. 560 lin. ult.

F) *Hujus rei* e. g. *Quæ cupiditas superest mihi* ܒܗܕܐ *hujus rei* (härtill) Mich. Chrest. Syr. pag. 99 lin. 4.

G) *Hoc* vel *eo modo, hoc pacto*, e. g. *Hippocrates narrat, baculum, cui innitebatur, althæam fuisse, & Galenus dicit, eum* ܒܗܕܐ *hoc modo* (vel *hac re*, därmed) *moderationem illam eximiam innuere, siquidem althæa temperatio est calidi & frigidi* Barh. Chron. p. 6 lin. antepen. *Sultanus permisit ei, ut per triduum educeret ex palatio suo quidquid vellet.* ܘܒܗܕܐ *Et hoc pacto tradidit urbem, & ingressus est Sultanus* ib. p. 388 lin. 4 a fine.

H)

H) *In hoc* vel *eo statu*, e. g. *Argonus cum videret, se imparem esse Ahmedo, adscendit in castellum quoddam, ibi situm, cum hominibus* 300 *suarum partium, & cæpit torquere se, quia in castellum includi ei minus placebat. -- Contra Ahmedem vero ire metuebat. Quum esset* ܒܗܝ *in hoc statu*, Barh. Chron. p. 570 lin. penult.

V:o ܡܢ ܗܝ *per hoc, per hanc rem*, vel *propter hoc, ea propter, ea de re, ea de caussa*, (därigenom, däraf, därför) e. g. *Matrem rogavit, ut sibi* (mulier venefica) *traderetur. Quæ quum illam non traderet, vi abstulit & occidit.* ܘܡܢ ܗܝ *Per hoc* (ea de causa) *fuit discordia inter eum matremque ejus*, Barh. Chron. p. 507 lin. 5 a fine. *Postquam rediit -- delator quidam -- accusavit Gazartenses illustres,* ܘܡܢ ܗܝ *eaque de caussa multis malis eos afflixit* ib. p. 566 lin. 2. *Neglectis ceteris* (Emiris) *soli Bokæ adhæserunt. Quamvis* ܡܢ ܗܝ *propter hoc ab omnibus reprehenderentur*, ib. p. 582 lin. 7. Add. ib. p. 592 lin. ult.

VI:o ܒܬܪ ܗܝ vel ܒܬܪܟܢ *postea*, (quo facto) Barh. Chron. p. 79 lin. 14. p. 298 lin. 2. p. 404 lin. 9. p. 416 lin. 2. p. 483 lin. 4 a fine. p. 550 lin. 2. p. 587 lin. 11. Mich. Chrest. Syr. p. 81 lin. 5 a fine. Ass. Bibl. Or. T. III. P. I. p. 401 col. 1. lin. 2.

VII:o

VII:o ܐܝܟ ܗܟܢܐ *hoc modo, tali modo* e) e. g. *Dedit multum argenti huic servo, ac persuasit ei, ne amplius diceret ei* ܐܝܟ ܗܟܢܐ *tali modo*, Barh. Chron. pag. 455 lin. penult.

VIII:o ܘܗܟܢܐ significat non modo

A) *Et sic, & ita,* (Cfr. supra p. 6 n. II) Barh. Chron. p. 190 lin. ult. p. 557 lin. 12. &c.

B) *Et hoc modo,* (Cfr. supra p. 6 n. IV) Barh. Chron. p. 153 lin. 5. p. 179 lin. 12. p. 359 lin. 6. p. 360 lin. 10 p. 369 lin. 11 &c.

C) *Et similiter, & eodem modo,* (Cfr. supra p. 7 n. V) e. g. *Produxerunt fratrem ejus, eumque vi & mortis comminatione ad jurandum adegerunt,* ܘܗܟܢܐ *similiterque omnes cognatos ejus,* Barh. Chron. p. 368 lin. 8. *Dixit: Si Nuraldinus venerit, cum eo præliabimur.---* ܘܗܟܢܐ *Et eodem modo* (idem) *ceteri---dixerunt,* ib. pag. 370 lin. 10. Add. ib. p. 260 lin. 5 a fine. p. 335 lin. 6. p. 567 lin. ult.

D)

---

e) Propr. *Quod sicut hoc,* (cfr. supra pag. 5 n. 1) quemadmodum ܐܝܟ ܗܢܐ *qui sicut hic,* et fem. ܐܝܟ ܗܕܐ *quæ sicut hæc,* notant *talis,* τοιȣ̃τος, Matth. 9: 8 *huic similis* (qualis hic vel haec) Barh. Chron. p. 55 lin. 13. p. 513 lin. 7.

D) *Et similiter, & pariter*, vel simpliciter *Similiter, pariter*, (Cfr. supra p. 7 n. VI) e. g. *Mortus est Edessam, eamque cepit.* ܘܗܟܢܐ *pariterque* (itemque) *Haranem*, Barh. Chron. p. 386 lin. 14. p. 461 lin. ult. *Kaanus quum perspiceret, non pugnæ locum esse, equo descendit.* ܘܗܟܢܐ *Similiter etiam Baidus, quum eum descendisse videret, equo descendit*, ib. p. 605 lin. antepen. *In quibus suspensæ erant* 10000 *loricæ*, ܘܗܟܢܐ *pariterque scuta, arcus & gladii* ib. p. 181 lin. 14. Add. ib. p. 56 lin. 4 a fine. p. 112 lin. 12. p. 129 lin. 5 a fine. p. 247 lin. 9. p. 272 lin. 3. p. 293 lin. 6. p. 364 lin. 5.

Sed etiam

E) *Et sic* seu *quo facto*, e. g. *Aegyptii atque Franci in urbem Kahiram congregati pacem a Schirichuo per legatos petierunt, quæ etiam composita est.* - - - ܘܗܟܢܐ *Quo facto Schirichuus Damascum reversus est*, Barh. Chron. p. 558 lin. 1. *Jurejurando coge illum, ut abhinc in* 120 *annos ille, fratres, filii & posteri ejus gladios contra Arabes non stringant, eique permitte, collata in eum benignitate tua, ut ad socios fidei suæ abeat.* ܘܗܟܢܐ *Quo facto tranquille ages & pace gaudebis* ib. p. 511 lin. 4 a fine.

F) *Itaque, quare*, sat crebro. e. g. *Quia antehac edictum promulgatum fuerat, ut ecclesiæ diruerentur, impe-*

*petravit Rex Haithonus a rege regum, ut non diruerentur, siquidem ædificia divina sunt & oratoria.* ܘܗܟܢܐ *Itaque jussit rex regum eas non destrui,* Barh. Chron. p. 611 lin. 5. *Cum Curdæi terga verterent ad fugiendum, nive impediti sunt.* ܘܗܟܢܐ *Quare* (unde) *multi eorum capti & occisi sunt,* ib. p. 151 lin. 11. *Imperator equo descendere voluit, sed Sultanus eum adjuravit, ne descenderet.* ܘܗܟܢܐ *Itaque ex equo se mutuo amplexi discesserunt.* ib. p. 264 lin. 12. *Incolæ Syriæ valde perterrefacti & commoti sunt, putaruntque, quod* (Mogoli) *contra se tenderent.* ܘܗܟܢܐ *Quare etiam hi bello se accinxerunt,* ib. p. 584 lin. 3. *Exiit mandatum, ut rei occidantur, & incolæ urbis* 10 *myriadibus aureorum mulctentur.* ܘܗܟܢܐ *Itaque urbem ingressi, interemerunt* 7 *vel* 8 *satrapas, qui ibi erant,* ib. p. 591 lin. 10. Add. ib. p. 38 lin. 6 a fine. p. 105 lin. 11. p. 141 lin. 5. p. 146 lin. 12. p. 176 lin. 2. p. 222 lin. 9. p. 226 lin. ult. p. 362 lin. 3 p. 364 lin. ult. p. 479 lin. 11. p. 504 lin 4 a fine. p. 603 lin. ult. p. 606 lin. antepen. p. 609 lin. 3.

IX:o ܠܗܕܐ

A) *Huic rei* e. g. *Consensit* ܠܗܕܐ *huic rei* (där-till) Barh. Chron. p. 562 lin. 10. p 203 lin. penult. p. 232 lin. 3. p. 357 lin. 4. p. 404 lin. 4 a fine.

B)

B) *Ad hanc rem* (härtill, därtill) e. g. *Magis, quam ego, idonei sunt* ܠܗܠܝܢ *ad hanc rem*, Barh. Chron. p. 486 lin. 5 a fine.

C) *Hanc rem*, e. g. *Curavit* ܠܗܠܝܢ *hanc rem* Barh. Chron. p. 179 lin. 6. *Concupiscens hanc rem*, Mich. Chrest. Syr. p. 98 lin. 8.

X:o ܡܛܠ ܗܠܝܢ & ܡܛܠܗܠܝܢ

A) *De hac* vel *ea re, de hoc, propter hoc, eam ob caussam, ea de caussa, propterea*, e. g. *Cum diceretur ei* ܡܛܠ ܗܠܝܢ *hac de re* h. e. qua de re interrogatus f) Tychs. Elem. Syr. p. 66 lin 5. *Non* ܡܛܠ ܗܠܝܢ *ob hanc caussam venit Damascum*, Barh. Chron. p. 209 li. 13. *Filius vero Adeli urbem non tradidit. Et misit Aphzilus* (legatum) *ad Adelum* ܡܛܠ ܗܠܝܢ *ob hanc rem* ib. p. 433 lin. 3, 4. *Putavi, homines me non videre*, ܡܛܠ ܗܠܝܢ *quapropter lumen accendi*, Tychs. Elem. Syr. p. 66 lin. 8. add. ib. p. 65 lin. 8. *Interdum se subducebat, rumorque ferebatur, eum obiisse.* ܘܡܛܠܗܠܝܢ *Quapropter ne tum quidem, cum mortuus esset, crediderunt, eum obiisse*, Barh. Chron. p. 426. lin. 8. Add. Ass. Bibl. Or. T. II. p. 91 lin. 1, p. 219 not.

B)

f) Idem, quod ܟܕ ܐܫܬܐܠ ܡܛܠܗܠܝܢ *cum interrogaretur de hac re*, Tychs. Elem. Syr. p. 67 lin. 2.

B) *Hanc rem* e. g. *Cœpit persuadere popularibus suis* ܗܝ ܡܠܠ *hanc rem*, Barh. Chron. p. 102 lin. 7.

XI:o ܗܝ ܡܢ

A) *Ex hac* vel *ea re*, *inde* (häraf, däraf) e. g. *Quovis anno tres alios libros*--- *quos* 150 *denariis vendebat, scripsit*, ܗܝ ܘܡܢ *& inde vixit* Barh. Chron. pag. 222 lin 5 a fine.

B) *Ab hac* vel *ea re*, (därifrån) e. g. *Nisi desisteret* ܗܝ ܡܢ *ab ea re*, Barh. Chron. p. 102 lin. 9.

XII:o ܗܝ ܡܢ ܡܕܡ *aliquid ex hac re, pars hujus rei*, e. g. *Scio, illos me perdituros, si de me audierint* ܗܝ ܡܢ ܡܕܡ *aliquid ex hac re* (något häraf) h. e. si vel minimam horum sermonum partem resciverint, Barh. Chron. p. 361 lin. 2. Add. ib. p. 433 lin. 15.

XIII:o ܗܝ ܥܠ

A) *De hac* vel *ea re, de hac* vel *ea caussa, ea propter, propterea, quapropter*, e. g. *Interrogavit eum* ܗܝ ܥܠ *hac de re* (därom) Barh. Chron. p. 279 lin. 14, p. 186 lin. 9. p. 478 lin. 1. p. 530 lin. 11. *Cum diceretur ei* ܗܝ ܥܠ *de hac re* h. e. qua de re interrogatus ib. p. 300 lin. 1, 2. *Indignatus fuit* ܗܝ ܥܠ *ea de re* (däröfver) ib. p. 296 lin. 11. *Gratias Tatari ege-*

*egerunt* ܥܠ ܗܟܢ *de hac re* ib. p. 555 lin. 8. *Objurgavit eum hac de re*, ib. p. 482 lin. 2. pag. 484 lin. ult. *Barbari Romam urbem vastarunt* .... ܘܥܠ ܗܟܢ *Quapropter Justinianus cum toto senatu luxit*, ib. p. 85 lin. 8. Add. ib. p. 369 lin. 4, 5. p. 453 lin. 2. p. 474 lin. 14. p. 477 lin. ult. & seq.

B) *Ad hanc* vel *eam rem*, *ad hoc* vel *illud*, e. g. *Incitarunt eum* ܥܠ ܗܟܢ *ad hanc rem* (därtill) Barh. Chron. p. 556 lin. 3.

C) *Hoc pacto* vel *his conditionibus*, e. g. ܘܥܠ ܗܟܢ *& hoc pacto* (his conditionibus) *pax facta est*, Barh. Chron. p. 395 lin. 2.

XIV:o ܩܕܡ ܗܟܢ *antea*, *antehac*, Barh. Chron. p. 30 lin. 5. p. 611 lin. 4.

ܒ) Postponuntur, velut ܕ ܐܝܟ--- ܗܟܢܐ *ita -- quasi*, *perinde -- acsi*, e. g. *Quum audio aliquam quæstionem ex ore Maphriani*, ܗܟܢܐ *ita* (perinde) *mihi videtur*, ܐܝܟ ܕܡܢ *quasi* (ac si) *ex ore Aristotelis sapientiam discerem*, Mich. Chrest. Syr. p. 114 lin. 9.

§. II.

## §. II.

## *De ratione, qua Syri verba aliorum referunt* g).

In referendis aliorum verbis Syri utuntur

I:o Plerumque *oratione recta,* ita ut persona ipsa inducatur loquens, quamvis verba ipsius sint paucissima. Id quod fit

A) Præmisso verbo ܐܡܪ (*dixit*) cum proxime sequenti *Dolath* h) e. g. *Prehensus a præfecto* ܐܡܪ ܕܒܝܗܘ̈ܕܝܐ ܐܬܓܚܟܬ *dixit: Judæis illusi.* Barh. Chron. pag. 123 lin 5 a fine. *Dixit: Crastino die ego ipse veniam* ib. p. 148 lin. 6 a fine. *Alii dicebant: Trademus, alii* (dicebant) *non,* h. e. alii negabant, se traditures, ib. p. 337 lin. 3. *Dixerunt Arabes: Non possumus ser-*

---

g) Specimen *Syntaxeos Syriacæ* mscr., cujus exempla, memoriae caussa, Latine tantum exscripta, ex auctoribus Syris profanis congessi.

h) Ut Syriacum *Dolath*, sic etiam Hebr. כי Exod. 4: 25. c. 18: 15. Jos. 2: 24. 1 Reg. 1: 13. et Graec. ὅτι usurpatur non modo in N. T. Matth. 9: 18. Marc. 1: 15. sed etiam in scriptis profanis. Vid. Viger. de Graec. Idiotismis p. 191, 548 (Lips. 1789). Vorstii Cogitata de Stylo N. T. p. 42. praemissa Ejusd. Commentario de Hebraismis N. T. (Lips. 1778) Kypke Observ. Sacr. ad Marc. 3: 11. Raphel. Annott. Xenophont. ad Matth. 9: 18. Bos Exercitt. Philol. ad Marc. 16: 7. Schwarz Comment. L. Graec. N. T. p. 1000.

*servare eam.* ib. p. 418 lin. 12, 13. *Dixerunt: Præter reges nostros nemo nobis imperabit.* ib. p. 486 lin. 4. Add. ib. p. 141 lin. 4. p. 347 lin. 14. p. 407 lin. 2. p. 416 lin. 11, 13. p. 422 lin. 12. p. 464 lin. 10. p. 111 lin. 4 a fine. p. 135 lin. 10. Mich. Chrest. Syr. p. 2 lin. 5. p. 4. lin. 1. i)

Similiter post verba *interrogandi, respondendi, clamandi & scribendi,* sequitur oratio recta, præcedente *Dolath* e. g. *Interrogavit eum Senan,* ܕܠܘܬ ܡܢ *apud quem studuisti medicinæ? Et ille respondit:* ܕܠܘܬ *Apud patrem meum. Et Senan dixit: Quis est pater tuus? Et ille respondit: Senex iste, qui apud te heri fuit* Barh. Chron. p. 184 lin. 15, 16. *Interrogarunt* k) *eum: Quousque legisti in Corano?* ib. p. 395 lin. 10. *Interrogarunt eum nonnulli amici ejus: Ubi placet tibi* (versari) *heicne, an ibi? Et respondit: Heic opes sunt multæ, sed honorem in*

---

i) Raro omittitur *Dolath* e. g. *Dixit ei:* ܙܠ *abi* Barh. Chron. p. 534 lin. 10. *Dixerunt eis:* ܐܙܠܘ *abite* ib. p. 201 lin. 10. p. 237 lin. 7. *Dicens* ܐܙܟܝܬܢܝ *vicisti me* ib. pag. 69 lin. 2. *Dixit:* ܐܬܩܠ *perpende* ib. p. 90 lin. penult. *Dixit ei:* ܫܪܝܪ *veritatem dixisti* ib. p. 328 lin. 7. *Dixerunt:* ܐܢ ܠܐ *nisi nobis statim auxilio fueritis* ib. p. 430 lin. 4 Add. ib. 520 lin. 9.

k) Vid. Graec. Joh. 1: 19.

*in Kelah reliquimus* ib. p. 359 lin. penult. & ult. Add. ib. p. 113 lin. 5. p. 385 lin. 5, 6, 7. p. 389 lin. 14. p. 441 lin. ult. *Clamavit* l) *alta voce:* ܕܐܘ *O Bagdadenses* ib. p. 376 lin. 4. *Clamavit: Prehendite eos* ib. p. 478 lin. 9. *Omnes uno ore clamarunt: Non trademus* ib. p. 337 lin. 9. Add. ib. p. 71 lin. 6. *Scripsit Azizo:* ܕܐܦ ܟܦܢܐ *Fame perierunt copiæ, quæ mecum* (erant) ib. p. 209 lin. 11. Idem fit post verbum *innuendi* m) e. g. *Innuit Sultanus Dobaiso;* ܕܐܢܛ *Tu morare paululum* Barh. Chron. p. 516 lin. 9.

Hujusmodi verba (*dicendi, respondendi,* &c.) rarius excipit ܗܟܢܐ (*sic, ita*), subsequente *Dolath,* e. g. ܐܡܪ ܗܟܢܐ ܕܐܢܐ *Dixit ita: Ego Ibas non invideo* Mich. Chrest. Syr. p. 7 lin. antepen. *Schingis Chan advocavit magnates urbis, & dixit eis ita* Barh. Chron. p. 466 lin. 13. *Ille respondit ita: Video hunc populum* ib. pag. 101 lin. 6 a fine. *Scriptum fuit in ea* (epistola) *ita: Scito, mi frater* Mich. Chrest. Syr. p. 23 lin. ult. & seq.

B)

---

l) Vid. Hebr. Jud. 5: 28.

m) Post quod ellipsis verbi *dicendi* haud facile cogitari potest, quia is, qui nutu signum dat, loqui non solet.

B) Omisso *dicendi* verbo n), retenta tamen oratione recta, cum prævio *Dolath* o) e. g. *Sustulerunt manus suas tremulas* (dicentes): ܕܡܪܝܐ *Domine cæli & terræ, libera nos* Knös Chrest. Syr. p. 114 vs. 105 sq. *Alii* (dicunt) *non* h. e alii hoc negant p) Barh. Chron. p. 596 lin. 11. *Re fratri ejus indicato, mandatum exiit, ut Elaaldin in honore haberetur -- & cum eo Meda quidam* (dicens) *Ego adveni, ut fugarem Ezaldinum* ib. p. 543 lin. antepen. *Misit* (ܫܕܪ) *ad Omarum* (dicens) *Dami-*

n) Simillima verbi *dicendi* ellipsis usitata etiam est in Hebraico Codice. Vid. Storr Obss. ad Anal. et Synt. Hebr. p. 406 sqq.

o) Rarissime Dolath omittitur, e. g. *Ingressus est ad regem regum* (dicens). ܡܢܐ *Quid jubes?* Barh Chron. p. 590 lin. ult. *Quum audirent incolæ, velle Imadaldinum urbem tradere, vehementer doluerunt, & coram castello congregati, acerbe ei conviciati sunt, & suspenderunt contra eum calamum & pallium,* (dicentes) ܐܘ *O vir muliebris! lotio vestimentorum tibi convenit, non regnum,* ib. p. 390 lin. 9. — Sic idem ܐܘ, post expressum ܐܡܪ (*dixit*), occurrit modo sine praevio Dolath, Barh Chron. p. 131 lin. 11, 12. p. 374 lin. 13. p. 443 lin. 8. modo cum praevio Dolath (ܕܐܘ) Tychs. Elem. Syr. p. 69 lin. antepen.

p) Alibi verbum *dicendi* exprimitur, e. g. ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܡܪܝܢ ܕܠܐ *alii dicunt: Non* Barh. Chron. p. 384 lin. 9. p. 598 lin. 3 a fine.

*mihi* ib. pag. 106 lin. 3. Sic post idem verbum ܫܕܪ *misit* sequitur oratio recta, omisso *dicendi* verbo q) ibid. p. 183 lin. 9. p. 219 lin. 5. p. 243 lin. 10. p. 486 lin. 5. *Misit* (ܫܠܚ) *ad eum Sultanus* (dicens) *Egredere e Bagdado* ib. p. 276 lin. antepen. Sic post idem verbum ܫܠܚ *misit* ἐλλείπει verbum *dicendi* r) ibid. p. 309 lin. 4 a fine. p. 339 lin. ult. p. 509 lin. antepen. p. 518 lin. 1, 2. p. 93 lin. 5. p. 147 lin. 4 a fine. *Objurgavit* s) *eum* (dicens) *Quomodo tu --- fugisti?* ib. p. 106 lin. ult. Add. ib. p. 52 lin. 5 a fine. *Reprehendit eum* (dicens) *Quid lucrati estis?* ib. p. 226 lin. 6 a fine. Add. ib. p. 542 lin. 6. t). *Præ dolore ejulabat & adjurabat adstantibus* (dicens) *Afferte gladium & occidite me* ib. p. 91 lin. 5, 6. *Juravit* (dicens) *Non permittam, ut transeas* ib. p. 586 lin. 7. *Juravit eis*

---

q) Alibi exprimitur ܐܡܪ (*dixit*) post idem verbum, e. g. ܫܕܪ *misit ad Michaëlem* ܘܐܡܪ *& dixit* Barh. Chron. p. 265 lin. 6. *Legatos misit ad Cosroëm* ܟܕ ܐܡܪ *dicens* ib. p. 99 lin. 6. Add. ib. 79 lin. penult. p. 422 lin. 4 a fine. p. 609 lin. 3. p. 610 lin. 14.

r) Post idem verbum exprimitur ܐܡܪ *dixit*, e. g. ܫܠܚ *misit ad Mondarum* ܟܕ ܐܡܪ *dicens* Barh. Chron. p. 92 lin. ult. et seq.

s) Vid. Hebr. Psalm. 105: 14, 15.

*ais* (dicens) *Non deseram vos usque ad mortem* Ass. Bibl. Or. T. III. P. I. p. 596 lin. 11 a fine. Tychs. Elem. Syr. p. 85 lin. 4, 5. Add. Barh. Chron. p. 184 lin. 13. *Michaël jussit* (dicens) *Ne lædite eum* Barh. Chron. p. 266 lin. 1. *Jussit ei* (dicens) *Custodi animam tuam* (h. e. cave tibi) *ab iis* ib. p. 520 lin. 10. Add. ibid. p. 161 lin. antepen. & seq. p. 357 lin. 7. p. 466 lin. 8, 9. p. 547 lin. 2. *Exprobrat Masudus & irridet eum* (dicens) *Cur non occidisti Chalipham?* ib. p. 314 lin. 12. *Venerunt nobiles & irriserunt eum ob mæstitiam* (dicentes) *Ne contristeris, Domine,* Knös Chrest. Syr. p. 78 lin. 9, 10. *Tum proceres, qui cum eo erant, consuluerunt ei* (dicentes) *Nulla alia nobis superest salutis via* Barh. Chron. p. 356 lin. 13. *Consuluerunt proceres* (dicentes) *Trade ei Halebum* ib. p. 385 lin. 8. *Consenserunt Franci* (dicentes) --- *Si dederit* ib. p. 416 lin. penult. & seq. *De hoc Justiniano narrat Johannes Amidensis,* (episcopus) *Asiæ* (dicens) *Per 30 annos versatus sum in familiaritate ejus, nec vidi* ib. p. 83 lin. 12. Add. ibid. p. 259 lin. 4 a fine. p. 535 lin. 11, 12. *Ille vero excusavit se* (dicens) *Magnates coëgerunt me*

ib.

t) Exprimitur ܐܡܪ e. g. *Misit, reprehendit eum* ܘܐܡܪ & *dixit: Paucos tantum debuisses mittere* Barh. Chron. p. 119 lin. 10.

u) Vid. Graec. Joh. 1: 20.

ib. p. 92 lin. 12. *Confessus est* u) (dicens) *Isacus docuit me, ut mentirer* ib. p. 543 lin. penult. *Negavit* v) *omnino* (dicens) *Ignoro eum* Ass. Bibl. Or. T. III. P. I. p. 582 col. 2. *Negabant* (dicentes) *Neutiquam cogitur exercitus, nec Kano cura est de bello; sed exspectat, quod missurus sis id, quod ei promisisti* Barh. Chron. p. 608 lin. 13. *Decepit eum mater ejus* (dicens) *Quando adorabit te pater tuus, sume diadema capitis tui* ib. pag. 77 lin. penult. *Accusata est apud Gujuchum Chanum* (dicendo) *Veneficia praeparat tibi & fratribus tuis* ib. p. 507 lin. 6 a fine. *Sparserunt famam* (dicentes) *Fugit nobis dormientibus* Ass. Bibl. Or. T. I. p. 531 col. 2. lin 8, 9. *Hortatus est rex peritissimus copias suas, ne remissae fierent metuque copiarum* (hostilium) *agitarentur* (dicens) *Est mihi spes in Deo, quem colo* Knös Chrest. Syr. p. 85 lin. 7, 8.

II:o Raro *oratione obliqua*, e. g. *Dixit de anima sua* (de se) ܕܡܕܡ ܗܘ ܪܒ *quod aliquid esset magni* x) Act. 5: 36. *Dixit de anima sua* ܕܒܪܗ ܗܘ *quod filius esset Constantini* Barh. Chron. p. 148 lin. 3, 4.

 *Adi-*

---

v) Vid. Graec. Matth. 26: 72.

x) Eadem fere sententia oratione recta affertur: *Magnificavit animam suam & dixit:* ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܪܒܐ *Ego sum magnus* Mich. Chrest. Syr. p. 3 lin. 3.

*Adiit illum speculator quidam & dixit,* ܕܡ̈ܠܟܐ ܡܢ ܫܪܒܐ ܗܘ *quod ex stirpe esset regum* ib. pag. 152 lin. 4. *Misit avunculum suum Aschrapho, eique dixit, quod ipse Chowarzemschah adgrederetur, & aquam Gihonis bibendam præberet equis suis* ib. p. 488 lin. 7—9.

Ceterum

A) In oratione obliqua, perinde atque in recta (Cfr. supra p. 22 litt. B) verbum *dicendi*, licet rarissime, omittitur e. g. *Illi Imadaldino* (dixerunt) *utilius esse ei, si Halebum traderet* Barh. Chron. p. 389 lin. ult.

B) Ab obliqua deflectitur oratio in rectam e. g. *Omnes Bathuo optionem obtulerunt, ut, si voluerit esse* (Chanus), *ille esset, si minus, ei, quem elegerit ex nobis, nos omnes subjecti erimus.* Barh. Chron. pag. 513 lin. 5, 6. *Jussit Imperator Romanorum, ut omnes abirent ad limitem, qui* (est) *inter nos & Arabes* h. e. ad limites ditionis Romanæ & Arabicæ ib. p. 166 lin. penult. & ult.

C) A recta in obliquam e. g. *Interrogavit eam: Cur hoc fecisti? Et respondit: Elegi, ut moriar, nec ullus alius, præter maritum meum, mihi dominabitur. Et interrogavit eam* ܡܢ ܐܝܟܐ ܗܝ *unde esset*, Barh. Chron. p. 276 lin. 8—10.

III:o

III:o Quando argumentum *epistolæ* vel scripti cujusdam referendum est, utuntur Syri

A) Verbo ܐܡܪ *dixit*, quod in constructione respondet

α) Modo auctori epistolæ e. g. *Scripsit epistolam ad Zangium* ܘܐܡܪ *& dixit* h. e. epistolam hujus argumenti, Barh. Chron. p. 316 lin. 4. *Litteras miserunt* ܘܐܡܪܘ *& dixerunt* h. e. hujus argumenti, ib. p. 513 lin. 1. *Epistolam misit ad Dominum nostrum per eumdem Hananiam* ܟܕ ܐܡܪ *dicens* h. e. hujus argumenti ib. p. 51 lin. 11. *Hic scripsit epistolam, eamque cum legato misit Bagdadum,* ܘܐܡܪ ܒܗ ܗܟܢܐ *& dixit in ea ita* h. e. quæ hujus fuit sententiæ ib. pag. 236 lin. 12, 13.

β) Modo ipsi scripto, e. g. *In qua erant inscriptiones* ܕܐܡܪܝܢ *dicentes* h. e. hujus argumenti Barh. Chron. p. 64 lin. ult.

B) Voce ܗܟܢܐ Vid. supra pag. 8 n. X.

C) Interdum ellipsis est verbi ܐܡܪ (litt. A) vel vocis ܗܟܢܐ (litt. B) e. g. *Misit Chalipha epistolam ad Sultanum* (hujus argumenti): *Non hæc fuit exspectatio mea* Barh. Chron. p. 246 lin. 8. *Scripsit epistolam*

(hic

(his verbis): *Ecce fratrem meum misi* ib. p. 519 lin. 6, 7.

## §. III.

## *Conspectus opusculi mscr.* a) *de Numero Conjugationum Syriacarum.*

Conjugationes (ut vulgo dicuntur) Syriacæ sunt

I:o NUDÆ seu SIMPLICES

h. e. constantes solis litteris radicalibus.

| *Activum* | *Passivum* b). |
|---|---|
| 1. Pehal ܦܥܠ c) | Ethpehel ܐܬܦܥܠ |

2. Pa-

---

a) Quod asservatur in Biblioth. Gymn. Wexion.

b) Passiva Syrorum *reciproce* poni, vid. in meis *Lumin. Syriacis, ad illustrandum Hebraismum collectis* §. 6. Quorum partes duae Upsaliae a. 1791 et 1792 prodierunt. Exemplis ibi allatis adde: A) Ex *Ethpahal*, ܐܬܟܠܠ *excusavit se* Mich. Chrest. Syr. p 101 lin. penult. Barh. Chron p. 92 lin. 12. p. 122, 385, 433, 480, 506, etc. ܐܬܛܝܒ *paravit se* ib. pag. 287 lin. 14 pag. 318, 392, 396, 310 (bis). ܐܬܚܠܛ *immiscuit se, adjunxit se,* ib. p. 345 lin 5. ܐܬܕܪܫ *exercuit se* ib. p. 493 lin. 15. ܐܬܚܣܢ *munivit se* ib. p. 538 lin. 12. ܐܬܟܦܦ *incurvavit se* ib. p. 223 lin. 4 a fine. ܐܬܥܒܕ *subjecit se* ib. p. 209 lin. 6. p. 306, 309 (bis), 351, 408. B) Ex *Eschtaphhal*, ܐܫܬܥܒܕ *subjecit se* Barh. Chron. p. 102 lin. 6 a fine pag. 544 lin. 1. C) Ex *Ethpalpal*, ܐܬܛܡܛܡ *inquinavit se* ibid. p. 497 lin. 5 a fine p. 597 lin. 1.

2 Pahel ܦܰܚܶܠ d) Ethpahal ܐܶܬܦܰܚܰܠ e)

---

c) Quomodo, per ellipsin accusativi, verba transitiva Conjugationis *Pehal* intransitive accipiantur, vid. in *Lum. Syr.* §. 1.

d) Conjugatio *Pahel* A) Significationem τῆς *Pehal* (n. 1) intendit. Vid. Lum. Syr. §. 2 n. I. — B) Intransitivam τῆς Pehal notionem in *transitivam* convertit e. g. ܝܩܕ *arsit* Pah. *inflammavit*. V. Lum. Syr. §. 2. n. II. — C) Interdum a transitiva τῆς Pehal potestate denuo transitivam ducit, e. g. ܚܬܡ *signavit, obsignavit, notavit*, Pah. *signare, obsignare, notare fecit*. V. Lum. Syr. §. 2. n. III. — D) Habet notionem *censendi* vel *declarandi* e. g. ܙܕܩ *justum, aequum, conveniens fuit*, Pahel δικαιῶν Rom. 8: 30, 33. *justum* vel *aequum censuit* Barh. Chron. pag. 118 lin. penult. *dignum declaravit* ib. p. 594 lin. 8 *permisit* (conveniens vel licitum declaravit) ib. p. 160 lin. 2. Vid. Lum. Syr. §. 5. n. I. Sic Arab. فند (Conj. 2) est *delirum censuit* Coran. Sur. 12: 94. (ed. Hinckelm.) صدق (Conj. 2) *veracem declaravit* Sur. 28: 34. كذب (Conj. 2) *mendacem declaravit, mendacii insimulavit*, saepe in Corano, e. g. Sur. 22: 43. كبر (Conj. 2) *magnificavit* h. e. magnum praedicavit Sur. 2: 181. Sur. 22: 38. — E) Notionem *jubendi* vel quovis modo *curandi* (ut aliquid fiat). V. Lum. Syr. §. 5. n. II. Sic Arab. قطع (Conj. 2) est *praecidi jussit*, & صلب (Conj. 2) *crucifigi jussit* Sur. 7: 121. Sur. 20: 74. Sur. 26: 49 — F) Notionem *permittendi, sinendi*. V. Lum. Syr. §. 5. n. III.

e) Quum Conjugatio *Pahel* haud raro *effectivam* vim habeat, et

et valeat *facere* id, quod conjugatio prima significat (Vid. proxime anteced. not. d. litt. B, C), fit, ut ejus passivum *Ethpahal* notet *fieri* id, quod prima conjugatio indicat, atque adeo eamdem, quam Pehal, significationem interdum habeat, e. g. ܢܟܦ (Peh.) *erubuit, verecundus, sobrius fuit*, Pahel *verecundum fecit* Tit. 2: 4. Ethpahal *verecundus factus est* h. e. idem quod Pehal, *verecundus* (sobrius) *fuit* I Pet. 4: 7. ܩܪܒ *appropinquavit, accessit*. Pahel *appropinquare* seu *accedere fecit*, Ethpahal *accedere factus est* h. e. idem quod Pehal, *appropinquavit, accessit*. (Vid. Schaaf Lex. Syr. p. 516 sqq). Sic ܟܬܫ in Pehal et Ethpahal *contendit, certavit*, ܚܣܡ in Peh. et Ethpa. *aemulatus est, invidit*, ܫܟܢ in Peh. et Etpa. *habitavit*. Hinc fit, ut Ethpahal notionem interdum habeat *activam* e. g. ܣܟܠ (Pahel) *intelligere fecit*, Ethpahal ܐܣܬܟܠ *intelligere factus est* h. e. saepissime *intellexit*, constr. cum accus. Barh. Chron. p. 183 lin. 9. p. 335 lin. 5. p. 422 lin. 4 a fine p. 580 lin. 14. p. 201, 238, 314, 527, 571. ܐܬܟܪܟ *circumductus, circumlatus est*, Barh. Chron. p. 144 lin. 13 *circumivit* ib. p. 321 lin. antepen. item active (ut Pehal) *circumdedit*, constr. cum accus. Barh. Chron. p. 109 lin. 4. p. 531 lin. 10. p. 581 lin. 8. ܚܫܒ in Peh. et Ethpa. *cogitavit* (v. Schaaf L. S. p. 202 sq) ܫܢܩ in Peh. et Ethpa. *cruciavit*. ܐܬܒܝܢ *intellexit*, ܐܬܒܩܝ *consideravit*, ܐܫܬܥܝ *narravit*. — Ita apud Hebraeos: הלך *ambulavit, ivit*, Pihhel *ambulare fecit* Job. 24: 10. Hithpahhel *ambulare factus est* (sc. a se) h. e. idem ac kal, *ambulavit* Deut. 23: 15 et alibi. Vid. Storr Obss. ad Anal. et Synt. Hebr. p. 229. Lud. de Dieu Gram. LL. OO. p. 176.

II:o

## II o AUCTÆ

### A. *Additione servilis cujusdam litteræ, & quidem*

### a) *Ab initio.*

3. Aphhel ܐܦܥܠ f) Ettaphhal ܐܬܬܦܥܠ.

---

f) Conjugatio *Aphhel* A) Significationem intransitivam τῆς *Pehal* (n. I.) in *transitivam* mutat e. g. ܐܬܐ *venit*, Aph. *adduxit*, propr. *venire fecit*, atque adeo idem, quod duobus verbis exprimitur in Tychs. Elem. Syr. p. 60 lin. antepen. et seq. ܥܒܕܗ ܗܘܐ ܠܡܐܬܐ ܠܘܬܗ *fecit eum venire ad se*, quod dici potuisset ܐܝܬܝܗ ܠܘܬܗ. ܝܩܕ *arsit*, Aph. *combussit*. Vid. mea Lum. Syr. §. 4. n. I. — B) Significationem transitivam τῆς Pehal dupliciter transitivam reddit. Vid. Lum. Syr. §. 4 n. II. Exemplis ibi allatis adde: ܐܟܠ *comedit*, Aph. ܐܘܟܠ *comedere fecit*, constr. cum gemino accus. Barh. Chron. p. 293 lin. 7. p. 120 lin. 13 p. 598 lin. 7. ܐܛܥܢ *portare fecit*, cum gem. accus. ibid. p. 81 lin. penult. p. 519 lin. 13. ܐܠܒܫ *induere fecit, vestivit*, cum gem. accus. ibid. p. 212 lin. ult. p. 271 lin. 1. p. 423 lin. 8 p. 520 lin. 4. ܒܙ *diripuit*, Aph. *diripere fecit*, ܕܫ *conculcavit*, Aph. *conculcare fecit*, ܝܪܬ *hæreditavit*, Aph. *hæredem fecit*, ܫܡܥ *audivit, auscultavit*, Aph. *exaudire fecit*. — C) Habet notionem *censendi* vel *declarandi*. V. Lum. Syr. §. 5. n. I. Sic Arab. أكبر *magnificavit* h. e. magnum praedicavit Coran. Sur. 12. 31. (ed. Hinckelm.). — D) Notionem *jubendi* vel quovis modo *curandi* (ut aliquid fiat). v. Lum. Syr. §. 5. n. II. Exemplis ibi allatis adde: ܪܟܒ *equitare fecit* h. e. non modo *equo imposuit*

*suis* Barh. Chron. p. 104 lin. 5 a fine. p. 281 lin. 7. sed etiam *equum conscendere jussit* ib. p. 204 lin. 1, 3. p. 400 lin. 5. p. 463 lin. ult. p. 581 lin. 6. ܐܥܪܩ *fugere fecit* h. e. non tantum *fugavit, in fugam conjecit,* ibid. p. 233 lin. ult. p. 289, 324, 346, 376, 381, 411, 447, 492 etc. sed etiam *fugere jussit,* vel *permovit* aliquem *ad fugam capiendam* ib. pag. 287 lin. 2. p. 519 lin. 12. p. 587 lin. 10. ܐܘܬܒ *sedere jussit* ibid. p. 131 lin. 3 pag. 401 lin. 4 a fine (idem, quod ܦܩܕ ܕܢܬܒܘܢ *jussit ut sederent,* Knôs Chrest. Syr. p. 74 lin. 1.) ܐܫܪܝ *castra ponere jussit* Barh. Chron. p. 456 lin. 9. ܐܘܡܝ *jurare fecit* (curavit ut juraret) ibid, p. 220 lin. 4 a fine p. 302 lin. 6. p. 368, 377, 395, 454 etc. — E) Notionem *permittendi, sinendi.* V. Lum. Syr. §. 5. n. III. ubi adde; ܐܚܝ *vivere sivit* Barh. Chron. p. 221 lin. 15 et antepen. p. 168 lin. 5. p. 528 lin. 11. p. 402 lin. 2. p. 449 lin. 2. p. 496 lin. antepen. p. 572 lin. 12. p. 581 lin. 6 a fine, ܐܥܠ *introduxit, it. intrare sivit* ibid. p. 131 lin. 12. p. 614 lin. 11. ܐܦܩ *exire sivit* ib. p. 31 lin. 3. p. 168 lin. 5, 10. p. 183 lin. 13. ܐܘܬܒ *habitare sivit* ib. p. 547 lin. 8. ܐܥܡܪ *habitare sivit* ib. p. 320 lin. antepen. Sic Arab. أحيى est non modo *vivificavit* Sur. 2: 244. Sur. 6 : 122. Sur. 30: 39, 49, sed etiam *vivere sivit* Sur. 5: 35. — F) Aphhel haud raro, forte ex ellipsi accusativi cujusdam, significationem habet *neutralem.* Vid. Lum. Syr. §. 4. n. III. Exemplis ibi allatis adde: ܐܡܚܠ *debilitavit,* Barh. Chron. p. 400 lin. 1. item *viribus defecit, infirmatus* vel *infirmus fuit,* ibid. p. 155 lin. antepen. p. 272, 415, 419, 444, 477, etc. ܐܪܚܩ *elongavit, summovit, removit, expulit,* ib. p. 410 lin. 1. p. 369, 449, 531, etc. *elongavit se,* re-

4. Maphhel ܡܦܥܠ g) Ethmaphhal ܐܬܡܦܥܠ.

E 5.

---

